



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hermann Hamelmanns geschichtliche Werke

Reformationsgeschichte Westfalens

Hamelmann, Hermann

Münster i. Westf., 1913

11. Herford

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56665)

11. Herford¹⁾.

Die wenigen zeitgenössischen Quellen ergeben, daß Hamelmanns Bericht im großen und ganzen — auf alle Einzelheiten, besonders Jahreszahlen darf man sich auch hier nicht zu sehr verlassen — zuverlässig ist und zu den besseren seines Werkes gehört. Er hat seine Kenntnisse zum Teil von Rudolf Möller²⁾, der an der Einführung der Reformation in Herford selbst beteiligt war. Weiteres Material haben vielleicht der Rektor Glandorp, mit dem er bekannt war³⁾, und der Konrektor, spätere Rektor Lücken⁴⁾ für ihn gesammelt.

Die Abfassungszeit ist auch hier etwa 1568, wie aus dem letzten Satze hervorgeht.

¹⁾ F. C. Borgmeyer, *Erneuertes Gedächtnis aller Prediger, welche von der Zeit der Reformation Lutheri biß hieher in der Stadt Herford die Evangelische Lehre . . . ausgebreitet haben*, in: *Fortgesetzte Sammlung von alten und neuen theologischen Sachen (Unschuldige Nachrichten)* 1726, S. 370—387. (Dasselbst S. 888—897 teilt B. auch vier bis damals noch ungedruckte Briefe Luthers an die Äbtissin Anna von Limburg, die neun Männer, den Magistrat und das Fraterhaus in Herford mit; vgl. unten.) J. H. H[agedorn], *Entwurf vom Zustand der Religion vor (bzw. bei) der Reformation in Absicht der Grafschaft Ravensberg, vornämlich der Stadt Herford St. 1. 2., Bielefeld 1747—1748*. Jacobson S. 45f. Cornelius Bd. 1 S. 86f., Bd. 2 S. 111—114. Kamp-schulte S. 70—77, 221—223. L. H[ölscher], *Geschichte des Gymnasiums in Herford T. 1—3, Progr. Herford 1869, 1872, 1874* (in T. 2 die Reformationsgeschichte; zit. H[ölscher], *Progr.*). Derselbe, *Reformationsgeschichte der Stadt Herford, Gütersloh 1888* (zit. H[ölscher]). J. Normann, *Herforder Chronik, Herford 1910*, S. 255—260, 553—585.

²⁾ Vgl. unten W 1040.

³⁾ Vgl. oben S. 2. ⁴⁾ Vgl. oben S. 130.

W 1035. Ecclesia ^{a)} Hervordiensis descripta ab Hermanno Hamelmanno L.

Cum multi cives urbis ^{b)} Hervordiensis Westphalorum circa annum Domini 24. post millesimum quingentesimum viderent se libera civitate donatos ¹⁾ et iam a multis audissent de doctrina Lutheri, imo ipsi per Saxoniam vagantes didicissent usum et mores reformatarum ecclesiarum atque ita pedetentim Lutheri et Philippi aliorumque scripta emerent legerentque et in urbem Hervordiensensem inferrent, ut aliis legenda exhiberent, denique postquam ipsi Augustiniani ^{c)} monachi iam antea multum audissent de sui ordinis fratre doctore ^{d)} Martino ^{d)} Luthero, coepit ita pedetentim mutatio quaedam religionis in urbe illa oriri.

Nam licet Johannes Dreierus ^{e)} ²⁾, doctor Augustinianus, primum oppugnaret doctrinam Lutheri in gratiam, ut putabatur, patris sui Hermanni Dreieri ³⁾, doctoris et provincialis per Thuringiam et Saxoniam ter istius ordinis (qui cum doctore ^{f)} Gerhardo ^{g)} Heckero ⁴⁾ diu per Thuringiam, Saxoniam et Westphaliam fuerat istius ordinis caput et provincialis, qui duo etiam coetanei erant), tamen incitante Luthero et domino Gerardo ^{h)} Heckero, doctore Augustiniano ⁱ⁾ Osnaburgensi, per literas post mortem patris coepit anno Domini 1524. evangelium libere et facunde tam in templo quam coenobio praedicare, cui se mox coniunxit collegam doctor W 1036. Godeschalcus Kroppius ⁵⁾, prior ibidem in eodem ordine, qui etsi esset Johanne Dreiero inferior eruditione et eloquentia, tamen propter autoritatem et coniunctionem illa utriusque doctoris confessio non parum Hervordiensibus profuit ^{k)}.

a) Text nach A, B und W.

b) urbis bis Westphalorum fehlt A.

c) B und W: Augustani.

d) fehlt B und W.

e) W hier und durchweg: Dreyerus.

f) fehlt B und W.

g) B und W: Johanne; in A später von Hamelmann verbessert.

h) desgleichen.

i) B und W: Augustano.

k) B und W: praefuit.

¹⁾ Eine freie Stadt war Herford nicht, wenn es sich auch einer gewissen Selbständigkeit erfreute. Vgl. Hölscher S. 7.

²⁾ Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 227f.

³⁾ Ebenda S. 245 und Hölscher S. 19.

⁴⁾ Bd. 1 H. 3 S. 204f.

⁵⁾ Ebenda S. 264 und Hölscher S. 19, wo als Todesjahr 1540 statt 1546 zu lesen ist.

Accensi igitur cives cogitarunt de reformatione. Fuit tunc ex collegio domus fratrum Jacobus Montanus Spirensis, illustris linguae Latinae reformator per Westphaliam, pater sororum ¹⁾. Hic ²⁾ ante aliquot annos Monasterio Hervordiam venerat, qui accensus coelesti doctrina et saepe scribens ad Philippum Melanchthonem ³⁾, in cuius patriae vicinia natus erat ⁴⁾ (nam Bretta non procul disiuncta vel remota est ab urbe Spira), coepit cum Bartholomaeo Amelio Coegelio ⁵⁾, patre in domo fratrum, item cum aliis ibidem viris doctis, Gerharo Wilskampio ⁶⁾ Xantio ⁵⁾, Gerharo Deckero Rogellio ⁶⁾ et aliis disputare et conferre, ut simul illos in suam perduceret pertraheretque sententiam.

Illi igitur omnes incipiebant libere et palam de evangelio disserere et annunciare multis, donec tandem neapolitani parochiani Gorgonio Hoyero, papistico concionatori suo, auferrent claves templi et ipsi interdicerent ministerium eiusque in locum constituerent Johannem Blombergium, qui deserto monachatu coepit evangelium docere ⁷⁾. Atque tunc quoque in omnibus monasteriis abiecerunt

a) *B und W*: Hinc.

b) *B und W*: Wiskampio.

¹⁾ *Bd. 1 H. 3 S. 91 ff. und Hölscher S. 16.*

²⁾ *Diese Briefe sind nicht mehr nachzusehen.*

³⁾ *Melanchthon nennt ihn in dem nachher (S. 320 Anm. 2) zu zitierenden Brief in der Tat seinen Landsmann.*

⁴⁾ *Bartholomäus Amelii aus Vechel wurde 1509 der Nachfolger Andreas Walscharts als Pater im Fraterhaus und starb am 20. September 1528 (Notizbuch des Fraterhauses im Staatsarchiv Münster Msc. VII 3307, S. 17: Bartholomaeus Vechel pater domus eodem anno [1528] in vigilia Matthei vir doctus et disciplinae amans, a puero timore Domini donatus, zelator Dei [mortuus]; vgl. ebenda S. 2 und 30, Hagedorn Bd. 1 S. 106, Bd. 2 S. 63, 183 und 204).*

⁵⁾ *Gerhard Wiskamp (nicht Wilskamp) aus Xanten, 1518 zum Priester geweiht und ins Fraterhaus eingetreten, 1528 Rektor, gestorben 1540 (nicht 1542). Notizbuch S. 17, Hagedorn Bd. 2 S. 183 und 204. Er stand mit Luther in Briefwechsel; vgl. Hölscher S. 17 und Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Nr. 1196, 1255, 1401, 1491, 1966, 1970, 1991, 1995, 2038, 2093, 2122, 2144, 2205, 2210 (im 6., 7., 9. und 10. Bde.).*

⁶⁾ *Decker war 1539 Prokurator, wurde 1540 Wiskamps Nachfolger und starb am 17. Januar 1548 (Notizbuch S. 17, Hagedorn Bd. 2 S. 183 und 204).*

⁷⁾ *Er hatte in Wittenberg studiert und ist vielleicht der Johannes Koster de Blomberg, der am 26. Dezember 1528 immatrikuliert wurde (Album 1, 134). Er wurde, wie Hagedorn vermutet und Hölscher einfach als Tatsache hinstellt,*

missas, impia sacra et id genus alia. Tandem suasu M. Rodolphi Molleri deposuit cucullam d. Dreierus (valde suavis in docendo), qui Rintlenio consuli¹⁾ omnia pedetentim promoveri cupienti absque tumultu nimium indulisit. Et cum Dreierus usque ad annum trigessimum esset timidior, est denuo Witebergam profectus conferens cum Luthero, Pomerano et aliis rediitque armatus et confirmatus. Interim alii plerique exuerunt vestem monachalem, inter quos fuerunt Johannes Christianus et Albertus Lenicerus^{a)}, uterque guardianus^{b)} coenobii Franciscani vel minorum, quos ut capita iuniores sequebantur.

Hoc cum viderent veteris oppidi incolae, coeperunt quoque mutationem religionis urgere, quamquam ipsis resisteret domina de Hervordia monialis^{c)}, quae rectorem scholae M. Rodolphum Mollerum^{d)}²⁾ propterea citaverat Paderbornam atque accusaverat, quod aliquas conciones Germanicas in supremo templo, den Munster^{e)}, inceperat. Tandem illa suasu Hermanni Stackelbeckii^{f)}³⁾ trium cantilenarum Germanicarum: Idt^{g)} wolt uns Godt gnedich syn, Erbarm dy myner, Uth dieper noith usum et melodiam ipsis in isto concedit templo⁴⁾ et permittit suggestum anno 31. doctori Johanni Dreiero, cui paulo post anno 32. adiungitur ex domo fra-
W 1037. trum collega Antonius Meierus, cui, quia in uno loco diu haerere non potuit, succedit Johannes Christianus. Iste vero cum iret ad

- a) *W hier und durchweg:* Lonicerus. b) *B und W:* gardianus.
 c) *fehlt A; B:* monialias. d) *fehlt B und W.*
 e) *B und W:* in dem Munster. f) *B und W:* Stalbeckii.
 g) *In B und W verhochdeuscht.*

am Feste Mariä Himmelfahrt 1530 in der St. Johanniskirche auf der Neustadt eingeführt und starb 1534 (Hagedorn Bd. 2 S. 81f., 86f. und 182 und Hölscher S. 23f.).

¹⁾ *Johann von Rintelen kommt als Bürgermeister der Altstadt von 1507 bis 1536 urkundlich vor (Staatsarchiv Münster, Dep. Stadt Herford Nr. 281, 286, 304, 306, 314, 315, 322, 323—325, 328). Ob er mit dem am 13. Januar 1582 gestorbenen Manne dieses Namens (Hagedorn Bd. 2 S. 80) identisch ist, muß sehr bezweifelt werden.*

²⁾ *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 221.*

³⁾ *Er war, wie Hamelmann nachher angibt, Kanonikus am Stift St. Dionysii und Johannis.*

⁴⁾ *Also in der Münsterkirche in der Altstadt.*

Ufflenienses¹⁾, successit ei Albertus Lenicerus. Postea cum non satis stipendii haberet doctor Dreierus, abiit ad Mindenses circa annum 40., ubi etiam mortuus est, et ei successit Henricus Vogelmannus (quia et ille atque simul Conradus Meierus et plerique alii ex Augustiniano sodalities iam dudum exuerant habitum).

In novo oppido autem per quatuor annos docuit Blombergius et mortuus est. Deinde huic successit Jodocus Deiterdingius, qui adhuc in Domino superest²⁾.

Cum autem Vogelmannus vocaretur per Corvinum alio in Saxoniam³⁾, successit ei Johannes Hunschius, qui fuerat prior Dominicanus Lippiae⁴⁾, quo mortuo fuit ibi aliquamdiu solus Lenicerus in ministerio, tamen postea opera M. Rodolphi Molleri factus est illi collega Rémigius⁵⁾ Albanus Hesus. Cum autem interea ex Livonia veniret Jodocus Coccius Hervordiensis et propterea per ordinis praefectos ibidem nobiles esset ex Rigensis ecclesiae ministerio eiectus non sine vitae discrimine, quod dixisset et docuisset ordinem illum Theutonicum non esse a patre coelesti, itaque propediem eradicandum (in qua re fuit verus propheta, ut eventus docuit, quoniam luxuriantes misere punire solet cum Sodoma et Gomorra Dominus), haesit ibi in patria, et cum ibidem aliquoties docuisset pro concione, fiebat acceptus, ut grata esse

a) *B und W*: Remingius.

¹⁾ 1550 wurde Christian (Carstian, Casting) von Salzuflen an die Marienkirche in Lemgo berufen und starb dort 1558 (*W* 819 und 1078). Vgl. A. Dreves, *Geschichte der Kirchen, Pfarren, geistlichen Stiftungen und Geistlichen des Lippischen Landes, Lemgo 1881, S. 364.*

²⁾ Vor der Reformation war er „Mercenarius“ in Rödighausen (*Hagedorn Bd. 2 S. 88, Schlichthaber [vgl. oben S. 229 Anm. 1] S. 103*); als Nachfolger Blombergs wirkte er bis 1575 (*Hagedorn Bd. 2 S. 182*).

³⁾ Er wurde 1541 Pastor in Hameln, 1543 Superintendent in Alfeld, 1547 dort abgesetzt (vgl. weiter unten, *Hagedorn Bd. 2 S. 186f.* und K. Kayser, *Die reformatorischen Kirchenvisitationen in den welfischen Landen, Göttingen 1896, S. 16, 89, 217*).

⁴⁾ Vielmehr Augustiner. — Er ist wohl der Johann von Hunsse, dem im Juli 1533 in Koesfeld das Predigen verboten (*J. Niesert, Beiträge zu einem Münsterischen Urkundenbuche Bd. 1 Abt. 1, Münster 1823, S. 202*) und der 1534 aus Soest ausgewiesen wurde (*L. Keller, Geschichte der Wiedertäufer, Münster 1880, S. 173*). 1537 wurde er Prediger an St. Johann in Lemgo (*W* 1065 und 815) und leitete dort vorübergehend auch die Schule (*W* 1079). Vgl. auch *Hagedorn Bd. 2 S. 181 und 186.*

solet novitas, civibus. Itaque hoc unum cum suis egit, ut Remigius Albanus, vir tamen pius et doctus, qui a paucis propter idioma superioris linguae intelligebatur, cedere cogeret pauper et miser. Sed Coccio idem accidit. Cum enim ex Saxonia reversus esset Henricus Vogelmannus Corvino propter eruditionem et lectionem carus, capto Saxone, qui illum in ducatu Brunswicensi in oppido Hamelensi et deinde in Alfeldensi per Corvinum ecclesiae praefererat, tempore Interim, est Coccius ministerio turbatus et Vogelmannus resumptus, quia non erat iste more papistico rarus et unctus. Deinde alia erat istius eiectionis ratio, videlicet haec, quod liberior fuisset in reprehendenda domina et aliis ibidem adhuc clericis tunc agentibus. Is Coccius ex maerore paulo post animam egit.

Superest adhuc Vogelmannus iam senex ¹⁾, et Lenicerus est mortuus ²⁾, cui successit Franciscus Westerkatenus ³⁾, quem cum non sequeretur sua uxor ex ditione Magdeburgica, et aliquamdiu solus vixisset, deperit tandem in ⁴⁾ aliam puellam, quam cum vellet ducere, id ei est prohibitum. Is interim hoc matrimonium *W 1038.* voluit probare ex legitimis causis pro concione atque ita est dimissus ac ei succedit alius quispiam, Conradus Vergerius Daventriensis ⁴⁾.

De persecutione evangelii ibidem facta.

Pauci erant in ipsa urbe hostes manifesti evangelii. Etsi domina Anna, comitissa de Limborch ⁵⁾, aliquamdiu impedire conaretur cursum evangelii, tamen illa tandem cessit ipsorum votis. Ex canonicis collegii favebat doctori Dreiero imprimis Henricus Stakelbeckius ⁶⁾ et M. Johannes Grestius, qui postea factus est decanus ⁷⁾. Sed erat uterque timidus. Hermannus autem Engel-

a) fehlt *W*.

¹⁾ Bis 1570 (*Hagedorn Bd. 2 S. 181*). ²⁾ 1560 (*ebenda*).

³⁾ Franz Goßler aus Westerkotten. Nach H. Rothert, *Zur Kirchengeschichte der „ehrenreichen“ Stadt Soest, Gütersloh 1905, S. 117* war er 1557 bis 1562 an der Wiesenkirche in Soest, vorher in Atzendorf bei Magdeburg.

⁴⁾ Er war nach *Hagedorn a. a. O. S. 182 und 187* von 1570 bis 1589 Senior der Münsterkirche. ⁵⁾ 1523—1565.

⁶⁾ Hinricus Stachelbergk ex Herfordia hatte seit SS. 1499 in Erfurt studiert (*Akten 2, 210*).

⁷⁾ Johann von Gresten kommt 1522 als Kanonikus vor, wurde 1527 Dechant und resignierte am 2. Mai 1559 (*Urkunden im Staatsarchiv Münster*).

kingius, pastor in veteri oppido, in initio omnium vehementissime oppugnabat doctrinam evangelii, sed postea tamen approbavit. Capita urbis religioni favebant semper, quamquam id timide quoque facerent, inter quos Johannes Rintlenius consul^{a)}, qui^{a)} fuit¹⁾ vir tamen citra controversiam bonus. Consul vero N. b) ²⁾ Hanebomius^{c)} se quoque opposuit primo civibus gratificaturus dominae et aliis clericis. Sed cum liberiores essent cives in suo proposito, quorum dux fuit cum plerisque aliis Henricus Potgeter, nemo zelum et conatum eorum impedire potuit.

Cum autem fratres profiterentur quoque, ut diximus, evangelium Hervordiae, accidit interim, ut duo ex illis, nempe Henricus Telgete procurator³⁾ et Gerhardus Xantis⁴⁾, negotii causa alio proficiscerentur⁵⁾ atque Paderbornam venientes hospitarentur in domo sororum anno 1525. En praeter opinionem ibidem capiuntur iussu episcopi^{d)} Erixi de Grubenhagen et captivi in arcem Dringenberg ducuntur tamquam Lutherani et suspecti haereseos^{e)}. Ibi cum diu in vinculis tenerentur, tandem intercessione dominae de Hervordia Annae comitissae de Limborg^{e)} (quae mortua est anno 1565.) et comitis de Lippia Simonis ea lege dimisit eos, ut ei trecentos aureos Rhenenses numerarent fratres atque promit-

a) fehlt B und W.

b) desgleichen.

c) B und W: Hanebom.

d) B und W: principis.

e) B und W: Limberg.

¹⁾ Vgl. oben S. 310.

²⁾ Wessel Hanebom kommt 1507—1529 öfter als Ratmann, 1530—1540 als Bürgermeister vor (Staatsarchiv Münster, Dep. Stadt Herford Nr. 281, 286, 299, 314, 315, 318—320, 329, 332, 339).

³⁾ Von ihm heißt es im Notizbuche S. 17: Henricus Telgt procurator homo omnium horarum simplex et rectus obiit peste anno 1530. VIII. die Maii, qui assiduus fuit in labore et fidelis in omnibus.

⁴⁾ Der schon genannte Wiskamp.

⁵⁾ Vgl. die bei Strunck, *Annales Paderbornenses* P. 3 S. 117 f. in lateinischer Übersetzung und bei Preuß-Falkmann, *Lippische Regesten* Nr. 3133 (Bd. 4 S. 351) im Regest mitgeteilte Urkunde vom 17. September 1525. Danach waren die beiden allerdings nicht zufällig auf der Reise in Paderborn, sondern eigens „ad eam causam constituti“. Doch liegt kein Grund vor, mit L. Leineweber, *Zeitschrift* Bd. 66 (1908) Abt. 2 S. 95 zu glauben, Hamelmann habe den Brief „überhaupt nicht erwähnt, weil er ihm in seine Darstellung nicht paßte.“ Mir scheint, er hätte ihm ganz gut gepaßt.

⁶⁾ Eine kurze Notiz über diese Gefangenschaft hat auch das Notizbuch S. 15.

terent se deposituros Lutheranismum data cautione, quodsi istam novam Lutheri doctrinam reciperent in posterum, daturus episcopo eidem mille aureos¹⁾. Cum autem illi postea pergerent strenue in renata evangelii doctrina retinenda et propaganda praetendentes violentum iuramentum vel extortam obligationem non esse, praesertim in rebus divinis, servandam, ecce incepit rursus ille pomposus episcopus minaciter ad fratres scribere, quod fidem fregissent et ideo mille illos aureos extorquere. Dum haec ita fiunt anno trigesimo et^{a)} trigesimo primo et illi se excusarent et *W 1039.* simul modeste doctrinam suae confessionis defenderent, tum quoque exponerent in literis, quomodo coacti a plebe istam primo doctrinam suscepissent, nuncque aliter se non posse agere²⁾, en mox anno sequenti, dum illi in metu et periculo versarentur, moritur episcopus ille.

Cum autem d. Dreierus conscripsisset ordinationem ecclesiae Hervordiensis anno 1532., est^{b)} ipsa a civibus in curia et simul in templo maiori et praelecta plebi cunctae et gratiarum actione comprobata anno 1532. dominica „Quasimodogeniti“³⁾, quam deinde

a) et bis primo fehlt B und W.

b) B und W: et.

¹⁾ Vgl. die genannte Urkunde und das Notizbuch S. 56: Paderbornae thom Dringenberge duo fratres Hervordiensis captivi. Jacobus Montanus Spirensis in suis literis, quas scripsit ad Bartholomeum Aemelium patrem in aedibus fratrum Hervordiae sic scribit: Studio vigilantissimi herois de Lippia, quo apud antistitem pro captivis fratribus laboravit. Is (ut audio) pretium redemptionis cum ingenti difficultate ad trecentos perduxit aureos. 1525 in Septembri. — Graf Simon verbürgte sich für die Bezahlung der 1000 Gulden.

²⁾ Am 7. März 1531 schrieb Bischof Erich an Graf Simon, die Fraterherren hätten sich der „Lutterischen Lehre und Sekte“ zugewendet und namentlich ein gewisser Jakob Montanus, der sich als Pater in das Schwesterhaus getan, viele unchristliche Handlungen unternommen. Somit hätten sie ihr Gelöbniß gebrochen und die 1000 Gulden verwirkt, für deren Bezahlung Simon unverzüglich sorgen möge. Am 27. März verantworteten sich die Fraterherren vor dem Grafen; sie hätten in keiner Zeremonie der Kirche etwas geändert und das Evangelium werde bei ihnen mit Erlaubnis des Bischofs, des Statthalters, des Herzogs, der Äbtissin und der Stadtoberkeit gepredigt. An demselben Tage protestiert Montanus gegen den Vorwurf, er habe sich zum Pater der Schwestern aufgeworfen. 1532 teilten die Fraterherren dem Grafen das noch zu erwähnende Schreiben Luthers an den Rat von Herford (vom 31. Januar) mit, das in Herford Aufsehen und große Freude erregt habe. Preuß-Falkmann ebenda S. 351f. ³⁾ 7. April.

doctor Bugenhagenius Witebergae anno 1533.¹⁾ edidit²⁾ et honorifice praefatus valde commendat in praefatione d. Johannem Dreigerum³⁾ et orat senatum et alios, ut honorifico stipendio sustentent concionatores⁴⁾ et dicit se excusasse et adhuc se excusare propter istam sententiam, quod tenuem mercedem adiudicavit in ordinatione Brunswigensi ministris, imo aperte dicit aliquoties senatum Brunswicensem confessum esse in sua ordinatione nimis tenue assignari cuilibet concionatori stipendium, sed se aucturum liberaliter. Summa ordinationis haec est.

Primo docent rationibus, cur^{a)} ordinationem hanc conscripserint, videlicet propterea, ut unanimitas doctrinae et ceremoniarum ubique observari possit, deinde ut omnia decore et cum ordine fierent in ecclesia. 2. prolixè tractant de dignitate et officio ministerii et de idoneis personis eligendis ad hanc functionem. 3. De confessione auriculari. 4. De sacramentis et christianis ceremoniis. 5. De baptisate et quomodo illud administrandum, videlicet iuxta formam ordinationis Brunswicensis expressam. 6. De sacramento altaris et^{b)} vera corporis Christi praesentia et de abusu missae pontificiae et contra de vero usu eucharistiae et quomodo illa administranda sit, imprimis vero nostro idiomate et honestis ceremoniis. 7. De matutinis precibus et quomodo et qualiter illae celebrari debeant. 8. Quomodo vespertinae preces celebrandae. 9. De electione et depositione concionatorum et eorum stipendio loquuntur. 10. De christiano banno vel excommunicatione. 11. De pia omnium christianorum conversatione. 12. De festis per annum observandis. 13. De scholis et consistoriis ac quot^{c)} scholae colla-

a) *B und W*: quare. b) et *bis* praesentia (*Nachtrag des Verf.*)
fehlt *B und W*. c) *W*: quod.

¹⁾ *Vielmehr 1534.*

²⁾ *Ordinantie kerken ampte der erliken Stadt Hervorde dorch D. Johan Dreiger . . . MDXXXIII. <Hannover StB>. Abgedruckt von Hölcher S. 44 bis 107, neuhochdeutsche Übersetzung bei Normann S. 553—585.*

³⁾ *Ick hebbe . . . vermerket, dat gy gelerde und frame Predikers hebben, de sunder twivei sulcke Ordinantie gestellet haben, von welcken ick velichte niemande mehr kenne, den alleine mynen leven Heren unde broder Doctorem Joann Dreyer.*

⁴⁾ *Jwe Ordinantie hefft einen groten feyl, dat dar inne noch Predikers noch de Schole Regenten noch andere kerken deners versoldet sind . . .*

boratores sint alendi et quae debeant isti studiosis pueris proponere. 14. Quomodo in gratiam puellarum et Germanica tantum cupientium discere sint aliae scholae instituendae. 15. Agitur de custodibus et organicis. 16. De cura pro pauperibus habenda et de diaconis constituendis et de delectu habendo mendicorum. 17. De coniugio et quibus^{a)} personis illud sit a Deo permissum. Haec tractantur in illa ordinatione edita Witebergae.

W 1040. Hanc ordinationem cum publicassent et edidissent senatus, deputati et concionatores in urbe Hervordiensis, factum hoc aegerime tulit Johannes dux Clivensis evocatus a domina propterea, quod citra eius consensum ordinationem emisissent, cum iurisdictio tantum ad se pertineret. Ideo domina orat principem agentem tunc in vicinia, comitatu Ravensburgico, ut dignetur ei ipsius celsitudo manus auxiliares porrigere. Clivensis dux promptus anno 34. evocat mox Bileveldiam concionatores Hervordiensis, ut redderent rationem et causam suae editae confessionis^{b)} et^{b)} ordinationis. Sed interim isti prae metu non comparebant, quamquam Rintlenius consul promitteret se vadem fore, quod nihil periculi accidere deberet d. Dreiero et aliis concionatoribus oraretque eos, ut comparerent coram principe, qui eis salvum conductum et securitatem promiserat. Sed noluit d. Dreierus iam exemplo eiectionis et violentiae factae per eundem non ita pridem in urbe Lippia territus¹⁾. Ita demum princeps ille^{c)} abdicavit ordinationem istam nec voluit in ceremoniis mutationem fieri missaque et oblata ipsis sua ordinatione mandavit, ut iuxta eiusdem doctrinam et ceremonias ibidem expressas instituerent ministerii officium. Ita quidem tantisper mutarunt quaedam in ritibus ecclesiae, donec ille dux in comitatu Ravensburgico praesens esset. Facta est quidem mutatio manentibus tamen iisdem ministris. Sed absente et discedente illo principe statim est deposita nova suscepta forma ac iterum abolita illa mutatio propter principem nuper adsumpta²⁾.

a) *B und W*: a quibus. b) *fehlt A*. c) *B und W*: ipse.

¹⁾ *Hamelmann verlegt die Lippstädter Sache irrig ins Jahr 1533. Vgl. unten W 1051.*

²⁾ *Akten über diese Vorgänge sind nicht mehr vorhanden. Im Juli 1536 waren Räte des Herzogs in Bielefeld, die auch mit Vertretern der Stadt Her-*

In ea autem re plurimum peccarunt concionatores Hervordenses, primo quod Bileveldiae non comparerent, deinde quod propter metum aliquid mutarent et varii essent. De isto illorum timore et effugio^{a)} etiam doctor Urbanus Rhegius est conquestus, quod graviter in istis rebus peccassent, de qua re in epistola ad Johannem Montanum et Gerhardum Cotium data conqueritur Urbanus anno 1534., quae epistola etiam hodie apud me est.

Quantus tamen vir doctor Dreierus fuerit, non solum saepe mihi M. Rodolphus Mollerus retulit, sed etiam ex literis reverendi et praestantis doctoris theologi Johannis Langi, Erphurdiensis ecclesiae¹⁾ (quem Lutherus tam magni fecit, ut in tomis epistolarum

a) *B und W*: ipsorum effugio et metu

ford verhandelten. In den Akten der ravensbergischen Landesverwaltung (Staatsarchiv Münster Msc. VII 3101 Bd. 3 fol. 54) ist darüber berichtet: Antreffen die Relligion und myns g. hern ußgangen ordnung synd die von Hervorden den letsten tag Julii gein Bilfeldt bescheiden und inen furgehalden worden, alls myn g. her zwischen myn g. fr. von Hervorden und inen ungeverlich vor einem Jar ein vertrag und affscheidt uffgericht, so kheme syn f. g. doch in erfahrung, das dem selvigen durch sie nit allenthalven nachkomen wurde. Des syn s. g. sich gar nit versehen und warde derhalven nochmals an sie gesonnen und begerdt, das sie sich nochmals dem Vertrag gemeß halden und nachkomen wolten, damit m. g. h. nit uff andere wege derhalven muste bedacht syn. Daruff die von Hervorden gesandten sich vernemen liessen, das sie nit darfur hielten, das m. g. fraw von Hervorden solichs ower sie geclagt hette. Wa aver solichs gescheen, begerten sie sich mit der Abbadissin zu verhoer furzustellen oder die puncten, darin sie die overtredung tun solten, anzuzeigen. Hieruff dan den gesandten von Hervorden widder angezeigt warde von wegen myns g. hern, das die Abbadissin nit geclagt hette. Aber es thette myns g. hern, ouch irer beiden parthien selfst notdurfft hochlichen ervordern, das solicher vertrag gehalten werde, dwyl syn f. g. ir vaigt und schirmher und derselvigen underthanen durch ir nuwerungen verfurt und gegergt wurden, welches syner f. g. nit zu lyden stunde, darumb s. f. g. sich zu inen versehen wolten, das sie sich dem vertrag nochmals gemeß halten sollen. Dan sie hetten sich wol zu bedenken, was gefeeligkeit inen am vergangen vastelavent daruß entstanden und noch ferner begegnen mocht und wan sie den vertrag fur die handt nemen und ir furnemen dagegen besehen, wurden sie sonder zwyfel wol befinden, was gehalten und nit gehalten wurde. Und zuletzt haben die gesandten sich vernemen lassen, sie khundten die gefeeligkeit wol betrachten, weren auch mit allem vlyß daran gewest solichs zu furkhomen und ouch noch zu thun willig. — Der in dem Berichte erwähnte Vertrag zwischen Stadt und Äbtissin von 1535 ist mir nicht bekannt geworden.

¹⁾ Der bekannte Augustinerprior in Erfurt. Vgl. ADB Bd. 17 S. 635 ff.

Lutheri centum fere epistolae ad ipsum Johannem Langum scriptae exstent), apparebit, quanti d. Dreierum et quanti d. Gerhardum Heckerum et d. Westermannum fecerit. Opinor has literas scriptas esse anno 1529. Sunt autem hae¹⁾.

W 1041. Praestanti viro d. Johanni Tregero^{a)}, apud Hervordiam divini verbi ministro ac doctori syncero, ut fratri charissimo suo. Gratia et pax tibi per Christum. Iam olim admodum sollicitus fui, charissimi Tregere, ubinam tu gentium viveres, quid Westphalia hoc clarae lucis tempore faceret. Commodum autem iam me Stachelbeggius²⁾ salutavit tuo nomine, quo nihil gratius tunc me contingere potuisset, quia non de te modo, verum etiam de doctore Westermanno, unico et iucundo sodali meo, quum Witebergae simul essemus³⁾, de doctore Heckero, qui me olim ut filium amplectebatur^{b)}, de tota vestra illa Saxonia, quam vocant antiquam, multa grataque denarravit. Verum summo gaudio tum me adfecit, quum te referret pureque syncereque Christi evangelium, *παροησια* etiam, praedicare ac rem eo promovisse, ut adversarii crucis Christi resistere revera non possint. Videmus verum esse, quod Paulus scribit: „Si Deus pro nobis, quis contra nos?“ Et ille rex ait: „Non timebo milia populi circumdantis me.“ Papistas vestros in multis victos esse eosdemque in nonnullis vobis cedere audio, in quibus multo sunt nostris prudentiores, simul et tolerabiliores. Sunt enim nostri sophistae prorsus excaecati, aures suas obturantes, ut vocem audiant incantantis sapienter, utut tamen mali, utut^{c)} nos devorare volunt, nihil adhuc efficere contra evangelium quiverunt. Dicit vero non potest, quibus officiis, quibus malis artibus Christum interficere saepius tentaverint. Atqui nostrum, qui evangelion hic docemus, adhuc sunt novem. Nihil iam adversarii habent, quod nobis obiciant nisi Caesarem, qui brevi venturus sit nostramque doctrinam, pariter et nos funditus eversurus. At cor regis in manu Dei. Nec de capillis nostris

a) *B und W:* Treigero.
c) *fehlt B und W.*

b) *B und W:* complectebatur.

¹⁾ *Eine Abschrift des Briefes hat Hamelmann wohl von Möller erhalten.*

²⁾ *Vgl. über ihn oben S. 312 Anm. 6.*

³⁾ *Lang war 1513—1516 Prof. in Wittenberg. Westermann wurde dort 1510 immatrikuliert (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 265 Anm. 2).*

unus est in terram casurus sine Dei voluntate. De aliis rebus nostris et meis") hic Stachelbeggius te certiore facere potest. Equidem iam *βγαμας* sum, cui Dominus ex hac uxore familiam filiolo et filiola benigne auxit. Vale in Christo, qui te in suo ministerio confortet, et ora pro me, qui non in rosis vivo. Ocyss. Erphurdiae, 18. Junii.

Johannes Langus
Erphurd.

De certaminibus ecclesiae Hervordiensis.

Circa annum trigesimum post millesimum quingentesimum a nato Christo, cum iam fere omnes^{b)} ex monasteriis discessissent divisim inter se bonis monasteriorum, quorum aliqui Mindae, aliqui Hervordiae in ministerio, aliqui etiam privatim tum Hervordiae, *W 1042.* tum Lemgoviae vixere, en coeperunt Hervordiensis transferre Augustinianum coenobium ad usum scholae¹⁾ et tunc pedetentim cogitare de invadenda^{c)} domo fratrum. Erant enim circa annum Domini 1525. usque ad finem anni 1532. ordinati novem praecipui ex civibus²⁾, qui reformarent monasteria et istorum bona disponerent ad legitimum usum³⁾. Itaque fratres literas dedere moderatore ipsorum patre Gerhardo Wilskampio Xantio et sororum patre Jacobo Montano Spirensi ad Lutherum et Philippum et ip-

a) *B*: melis (!), *W*: malis.

b) *B und W*: annos.

e) *B und W*: iuvanda.

¹⁾ *Die Abtretung des Klosters zum Besten der Schule erfolgte erst am 30. Juni 1542. Die Urkunden sind abgedruckt bei Hölscher, Progr. S. 10 ff.*

²⁾ *Sie sind genannt im Notizbuch S. 45: De negen menner, de men de klosterherrn hete, nemlick Werneke Wulfert, Werneke Trippemaker, Berndt Pott, Hermann Schroder Rathmenner, Arendt Wulfart, Henrick Potgeter, Johan Korffmaker, Johann Tribbe unde Hermann Bless.*

³⁾ *Im Notizbuche heißt es S. 44: De straten uns verbadem post epiphaniam . . . War men ordinantien makede, dixit Doctor Dreyer, dar lede men noch fraterhuys noch susterhuys. Darna wolde men unss de Communion unde kerken recht nemen, darna wolde men unss mit der scholen beladen. Unde do wy daromme in winter dagen tho Deventer, Embrick, Wesel unde Monster an unser översten tögen, so uns dartho wen lenen wolden, des wy oek in wyderen schaden quemen, unde einen erlanget hadden, den kuckkuckte men vam predigstull, tho möthe, schreve oek wyder vör de schole, men scholde dem Esell nene leuwenhuydt antheen, worden also baven mate bemoyet unde bespottet. Nu wyl men unss oek dat inkleident verbeden . . .*

sorum opem, consilium atque intercessionem petebant¹⁾. Illi igitur Witeberga graviter et serio ad senatum et ad novem illos delectos, tum quoque ad comitissam dominam Hervordianam scripsere, et literarum haec erat sententia: ipsos fratres non esse turbandos, cum pie et fraterne in unis viverent aedibus seque ex labore manuum suarum sustentarent²⁾. Adiecerant enim fratres literis brevem summam suae domesticae institutionis atque simul doctrinae ac vitae. Scripsit igitur Lutherus haec verba ad istum librum

¹⁾ *Wiskamp wandte sich am 13. Januar 1532 an Luther und fügte dem Briefe zur Begutachtung die von ihm verfaßte „Apologia des Fraterlevenes tho Hervorde 1532“ bei, von der R. Baxmann in der Zeitschrift für die historische Theologie Bd. 31 (1861) S. 632—634 einen Auszug mitteilt. Der Brief ist ebenda S. 631f. und in Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Nr. 1966 (Bd. 9 S. 140f.), abgedruckt. Auch Montanus begleitete die Apologia mit einem Briefe, der nicht erhalten ist (ebenda S. 632 bzw. 141). Eine Handschrift der Apologia besitzt auch Herr W. Grevel in Düsseldorf. Vgl. zum Folgenden ferner Cornelius Bd. 2 S. 111ff., Baxmann a. a. O. S. 605ff. und Hölscher S. 33ff.*

²⁾ *Luther an den Rat zu Herford 31. Januar 1532 bei Enders Nr. 1969. — An Montanus und Wiskamp 31. Januar Nr. 1970. — Wiskamp an Luther und Melanchthon 13. April Nr. 1991. — Anna von Limburg an Luther 14. April Nr. 1992. — Wiskamp an Luther und Melanchthon 14. April Nr. 1993. — Luther und Melanchthon an die Klosterherren zu Herford 22. April Nr. 1994. — Dieselben an Wiskamp und seine Mitbrüder 22. April Nr. 1995. — Luther an Montanus 22. April Nr. 1996. — Luther an Anna von Limburg 22. April Nr. 1997. — Melanchthon an Montanus 22. April:*

S. D. Nec Luthero nec mihi placent violenta consilia. Ideo cives vestros diligenter a violentia dehortati sumus. Addidimus etiam nobis probari vestros ritus ac doctrinam, quantum ex libello cognovimus, quem huc misistis. Nec ignoramus, quales tribunicios clamores contra nos concitaturi simus. Sed te oro, mi Jacobe, vir optime et conterraneae suavissime, pro tua aetate ac prudentia et ingenita moderatione animi des operam, ut civibus moderate respondeatur, si quid praeterea agent. Vides auctoritatem bonorum ac prudentium opprimi ac iacere, quare temporibus aliquantulum cedendum est. Tuum xenium accepi, quod mihi gratissimum fuit, teque rogo, ut Deo commendes precibus tuis ecclesiam universam. Bene vale.

Datum postridie dominicae Jubilate ao. 1532.

Philippus.

Inscriptio: Viro optimo d. Jacobo Montano, amico suo.

(Original in der Großherzoglichen Hofbibliothek in Darmstadt, der ich die Abschrift verdanke. Eine nicht ganz vollständige niederdeutsche Übertragung in der Handschrift der Apologia des Herrn Grevel.) — Bestätigungsurkunde Anna von Limburgs für das Fraterhaus 20. Mai 1532 bei Cornelius Bd. 2 S. 298f. — Luther an Wiskamp 19. Oktober 1532 Enders Nr. 2038.

ei per fratres oblatum propria manu: „Ich Martin Luther bekenne myt dieser meiner hand, das Ich nichts unchristlichs yn diesem buchlin finde, wolte^{a)}, das die kloister alle so ernstlich Godts Wort wolten leren und haltenn“¹⁾. Haec propria Lutheri manu annotata vidi.

Illi interim novem deputati apud fratres de mutanda veste et publica in publicis ecclesiis communione percipienda latius instabant, sed respondit Lutherus manu Philippi satis esse, si pie viverent, quacumque uterentur veste, et non cogendos esse illos ad communionem ecclesiae, postquam^{b)} ipsi^{c)} locum conventionis et simul doctores et praedicatores habeant in aedibus, ubi commode possent sacramenta percipere et doctrinam evangelii ex concione in suo illo coenobio²⁾.

Postea anno 1534. rursus per legatos M. Rodolphum Molle- rum, rectorem scholae, et Henricum Potgeter missos Witebergam hoc apud d. Lutherum et Philippum agebant eives, ut ad usum scholae in totum, aut saltem pars domus fratrum transferretur sumpta occasione ex primis illorum epistolis, quas superioribus istis annis ad Hervordienses dederant Lutherus et Philippus, in quibus forte scripserant monasteria in usum scholarum vertenda³⁾. Hic nunc ita respondent⁴⁾ et per literas et per legatos priora ista scripta esse intelligenda de coenobiis amplos redditus ex dono

a) *Luther schreibt*: Wollt Gott.

b) *A*: posteaquam. c) *B und W*: illi.

¹⁾ *An den Rand der Apologia geschrieben. Vgl. Enders Nr. 1971.*

²⁾ *Schon am 5. Juni 1533 mußte sich Wiskamp wieder an Luther und Melanchthon wenden (Enders Nr. 2093). Melanchthon antwortete am 4. Juli (abgedruckt bei Baxmann S. 621 und Melanchthonis Epistolae, iudicia, consilia, ed. H. E. Bindseil, Suppl. zum Corpus Reformatorum, Halis 1874, Nr. 118 S. 89). Ferner Wiskamp an Luther 10. Oktober 1533 bei Enders Nr. 2122. — Wiskamp an Luther und Melanchthon 6. Januar 1534 Nr. 2144. — Luther und Melanchthon an Anna von Limburg 15. Januar 1534 Nr. 2146.*

³⁾ *Die Gegner klammerten sich an Luthers Worte, die Zeit würde Rat finden.*

⁴⁾ *Luther an den Rat zu Herford 24. Oktober 1534 (Erlanger Ausgabe Bd. 55 S. 66 f., Hölcher S. 39 f., Enders Bd. 10 Nr. 2209): „So ihr wol die rechte Stifftte kontet zu solcher Schule brauchen.“ Luther an Wiskamp an demselben Tage (Enders Nr. 2210): „Et locutus sum de monasteriis illis, quae principum et regum opibus ad hoc sunt fundata et quae censibus donatis voluptuantur otiosi. Vestrum collegium privata domus est . . .“*

principum, comitum, nobilium et potentium huius saeculi possidentibus, non de illis, in quibus iuxta morem istorum fratrum sororumque, quae in communibus istis aedibus pie et sancte sub
W 1043. uno vestitu vivunt contenti communi victu et se sustentantes ex laboribus manuum suarum, quia^{a)} sic^{a)} recte vivitur.

Postea tandem recruduit ista controversia anno 1537. tum de istis, tum^{b)} praesertim de^{b)} communibus civitatis oneribus ferendis. Sed tunc fratres prolatis coram domina literis Lutheri et Philippi atque antiquis privilegiis sunt rursus paci restituti. Imo redintegrata est de novo controversia de re eadem inter pastorem novi oppidi Jodocum Deiterdingium circa annum 1539.¹⁾ quae in annum usque 1542. duravit, quo tempore illos tandem excommunicavit ob hanc causam, quod in publica ecclesia ab ipso non sumerent sacramentum eucharistiae. Sed tandem res est composita per mediatores Albertum Lenicerum, pastorem veteris oppidi, et Arnoldum Wulffhardum, consulem novi oppidi, et Richardum Monechen, qui perlectis literis Lutheri et Philippi facile paci consulere potuere²⁾, quo tempore Theodoricus Bredevortius (qui fuit in disputatione Monasteriensi) iam mortuo Gerhardo^{c)} Xantio et eius successore, qui Xantio in paternatu, ut sic loquar, successerat, Gerharo Deckero Rogelio^{d)} patrem agebat in domo fratrum³⁾.

Circa illa tempora coepit etiam novum quid tentare Johannes Hunschius communicans apud infirmum plures et convocans eccle-

- a) *B und W*: etc. b) fehlt *B und W*.
 c) *B und W*: Johanne. d) fehlt *B und W*.

¹⁾ Am 29. November 1539 stellte Deiterding bei Bürgermeister und Rat den Antrag: Ick begere dem lesten affscheyde na, dat ghy de fratres willen anspreken laten van kerspels wegen, dat se sick gebörlick holden na Gades worde tho erem gehörlicken kerspell als ander frame lüde. (*Notizbuch* S. 46.)

²⁾ Der Vergleich, der den Fraterherren den Fortbestand ihres Hauses und zwar in Befreiung vom Pfarrnexus verbürgte, datiert vom 28. September 1542 (*Notizbuch* S. 41).

³⁾ 1542 war Decker Pater (vgl. oben S. 309 Anm. 6), Bredefort, der in den dreißiger Jahren Prokurator in Münster war (vgl. oben S. 21 Anm. 8 und Bd. 1 Heft 2 S. 72), war es von 1548—1550; er starb Augusti tertio, octo dies ante Laurentium (*Notizbuch* S. 17 und 31, *Hagedorn* S. 184). Die Angabe von Cornelius Bd. 2 S. 114, die Fraterherren seien zum katholischen Glauben zurückgekehrt, findet in den Quellen keine Stütze.

siam etiam in aedibus, ubi erat infirmus. Verum cum hic admoneretur ab aliis, quicquid contingeret infirmo, fieri more veteris ecclesiae ex necessitate propter infirmum, et iam in promptu non posse alios esse praeparatos ad sumptionem apud aegrotum subito, imo hoc indecorum esse extra ecclesiam et deputatum locum facere, itaque postea omisit hoc^{a)}.

Fuit quoque aliquando inter veteris et novi oppidorum concionatores controversia de psalmo paschali „Christ ist erstanden“. Alii volebant in fine canendum „Godt wolte unser trost sein“, alii „Christ wil unser trost sein“. Sed illa tamen erat controversiuncula.

Male etiam convenit inter Vogelmannum et Lenicerum nescio quibus de causis, tantum quod audiam propter tenuem eruditionem non satisfecisse in concionibus Lenicerum Vogelmanno, qui emunctioris naris vir esset et ardui iudicii.

Anno autem 1563. cum quidam circumferaneus impostor et exorcista venisset (de quo in Osnaburgensis ecclesiae historia¹⁾ latius diximus) Hervordiam et misere decepisset plebem, quae, ut immobile vulgus solet, contemptis et misere traductis concionatoribus suis^{b)} coeperat adhaerere fanatico exorcisanti et eicienti daemones verbis evangelii eo torsis praeter scripturam et Dei verbum, peccans ita in secundum praeceptum, en, cum ei reclamaret Vogelmannus, coepit novus concionator Franciscus Westerkatenus suffragari caeco impostori et suam ei operam in exorcisando per noctes et dies coniungere, quamquam frustra idque forsitan in gratiam plebis admodum imprudenter faceret. Itaque honeste hoc nomine a Jodoco nostro Hockero taxatur in scripto pio et erudito „den Ban Theuffell“, quod contra istum circumferaneum caecum edidit in nostra ecclesia Hockerus²⁾. W 1044.

Anno 1565.³⁾ mortua Anna Limburgica, domina Hervordiana, substituitur Margaretha, nata comitissa de Lippia⁴⁾, quae antea in coadiutricem electa fuerat ab Anna, in cuius electione et confir-

a) fehlt B und W.

b) B und W: sui.

¹⁾ W 1153. Er hieß Simon Möller.

²⁾ Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 191 und 339f.

³⁾ 13. Januar (Zeitschrift Bd. 4, 1841, S. 113).

⁴⁾ 1565—1578 (ebenda).

matione, etsi illa semper fuerit generosa et vere pia virgo et domina, tamen aiunt papisticas quasdam ceremonias et papistas adhibitos, inter quos dicitur fuisse magnus ille curtisanus et ecclesiasticorum beneficiorum devorator Antonius Minschius Mindensis, qui etiam postea donatus fertur ab eadem domina pastoratu maioris templi¹⁾, qui^{a)} fuit homo impius plane indignus, qui nomen habet a Mynsche, sed non est dignus, ut nominetur homo, potius diceretur^{b)} bestia, sed recte dicitur Minsche, quia carnalis homo vere est.

De schola evangelica apud Hervordiensis.

Celebris semper inde a patrum saeculo Hervordiae fuit schola. Verum evangelicam ibi primo scholam formavit, rexit et instituit M. Rodolphus Mollerus Mindensis²⁾, cui eunti Mindam propter metum dominae successit Conradus Understallius³⁾ Hervordiensis, qui monachatum in Mollenbeck deseruerat, sed cum ipsi res non feliciter succederet^{c)}, revocatur Mollerus anno 1532. Sed ipso in Saxoniam eunte⁴⁾ vocatur in ipsius locum⁵⁾ Homerus Butheranus Haselunnensis, qui diu per^{d)} annos multos sub Timanno Monasterii lector fuerat quartae classis ac deinde conrector, postea etiam Brunswigae scholas rexerat. Illo vero consenescente vocatur Osnaburga ex schola evangelica, quam turbarunt ibi papistae tempore Interim, Christianus Sleibingius⁶⁾, qui etiam antea Hannoverae et nuper Osnaburgae magna cum laude scholas rexerat. Hic habuit conrectorem Henricum⁷⁾ Olphenium, qui deinde ei, cum revocaretur ad scholam maioris ecclesiae Osnaburgensem Sleibingius, succedit. Et cum ille Sibaeus Olphenius, qui multis scholis diversis in locis per plurimos annos inde a iuventute usque ad

- a) A, B, W: quo. b) B und W: nominaretur.
c) B und W: succederent. d) fehlt B und W.

¹⁾ Vgl. über ihn oben S. 83 und 98f. Gemeint ist wohl die Propstei.

²⁾ Vgl. oben S. 310 Anm. 2.

³⁾ Vgl. Hölscher, Progr. 1872, S. 4. ⁴⁾ 1534.

⁵⁾ Vorher geht wohl noch ein anderer (Hölscher ebenda S. 4f.). Butheranus, über den Bd. 1 H. 3 S. 172 zu vergleichen ist, war 1537—1548 Rektor.

⁶⁾ 1548—1552. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 172.

⁷⁾ Sibäus. Vgl. ebenda S. 142 und Hölscher, Progr. 1874, S. 5.

extremam canitiem inservierat, consenesceret^{a)} in ea opera, deponeretur et assumitur suus olim discipulus Albertus Lenicerus *W* 1045. iunior veniens Witeberga magister¹⁾, qui cum per quinquennium praefuisset scholae, regreditur Witebergam, et in huius locum revocatur Johannes Glandorpius Monasteriensis²⁾, de quo in Monasteriensi historia diximus³⁾, ubi etiam in sua patria et deinde per Saxoniam Hamelungae, Brunswigae, Hannoverae et Goslariae celebriter scholas rexerat, ut erat homo doctissimus et multae lectionis. Sed cum et ille in regimine deficeret propter senium, deponitur rursus iste et revocatur Lenicerus, qui etsi a multis commendatus sit propter eruditionem et suavem venam in carmine scribendo et^{b)} eloquentiam puram, tamen ab aliis hoc nomine reprehenditur, quod permiserit duos istos senes tam bene meritos de iuventute et scholis ita de ponte deici et se in istorum locum substitui fecerit. Mox post privationem moritur Glandorpius Herfordiae, cuius vitam et doctrinam descripsit oratione et carmine docto Albertus Lenicerus iunior⁴⁾, qui fuit, ut dixi, in scholae regimine successor Glandorpii profitens artes humaniores magna cum laude. Huic successit Franciscus Luckius⁵⁾ Paderbornensis, vir doctus. Nam Lenicerus ad Lunenburgenses proficiscitur anno 1567⁶⁾.

a) *B und W*: consenesceretque.

b) et eloquentiam puram *fehlt B und W*.

¹⁾ 1555. *Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 142 Anm. 7.*

²⁾ *Über ihn ebenda S. 122 ff.* ³⁾ *Oben S. 15 und 21 ff.*

⁴⁾ *Ich habe diese Biographie nicht ermittelt. Vgl. schon Bd. 1 H. 3 S. 125.*

⁵⁾ *Vgl. über ihn ebenda S. 218 und oben S. 130.*

⁶⁾ *Er wurde 1567 Rektor in Lüneburg, wo er eine Schulordnung verfaßte, und starb dort um Weihnachten 1587. Hölischer, Progr. 1874, S. 7 und W. Görges, Geschichte des Johanneums zu Lüneburg, Progr. Lüneburg 1907, S. 19 ff. und 74.*